



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla XCIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

filii sint legit. & ibi cōmuniter doct. sed late Boer. q. 4. 1. nu. 7. & 8. Deci. in c. per tuas. de probat. ubi considerat simul cohabitationem, nominationem, & tractatum. & id assertio patris, uel matris nullo modo præiudicat in contrarium. Ita Alex. in l. neque professio. C. de Abb. in d. c. per tuas. glo. in l. si posthumus. §. fin. in u. probetur. ff. de lib. & posthu. Bal. in l. non nudis. C. de probati. cum aliis. Bal. consi. 180. num. 3. uol. 3. idem consi. 219. nu. 3. uolu. 2.

- 1 Fallit 1. quando pater confiteretur illum non esse filium & notoriæ constaret in loco patrem esse inhabitantem & impotentem ad generandum & procreandum propter indispositionem uitæ ut Fulgos. consi. 212. quædam mater. Deci. in d. c. per tuas. num. 40. de probat. & Bal. consi. 437. num. 6. uol. eo.
- 2 Fallit 2. quando pater constare uellet de annali abilitate & de reuersione facta, illico mater puerum peperit. ideo cohabitatio præcedens. nil sibi in hoc operatur ut l. filium. ff. de ijs qui sunt sui. uel alien. iur. Abbatis intelleximus. col. penult. de adult.
- 3 Fallit 3. quando in uicinia loci, uaria est opinio gentium de natiuitate filij. scientibus uicinis, & de educatione in domo patris putatiui, ex quo alimentatio magis appropinquat. & accedit naturali caritati quam consuetudine natio & tractatus, unde probatio filiationis & consanguinitatis per solam famam probatur. ut in c. 12. lib. 1. stat. Venet. & in.

### REGULA XCIII.

- 1 Mutus & surdus a natura testari non potest. tex. est in l. discretis. C. qui testa. facere non poss. Ratio est, quia impedimentum hoc naturale cōsensum excludit. l. cum potest. §. penult. ff. de iudit. immo pupillo æquiperatur. l. de no. §. cum prætor. ff. ad trebell.

- 1 Fallit 1. in testamento ad pias causas, nam mutus & surdus

2 dus a natura potest testari ad pias causas, & testamentum pro ualido habetur. secundum Corn. Rom. Bal. Bar. & omnes doct. in d. l. discretis. C. qui test. fac. possunt.

3 Fallit etiam quando princeps dispensaret, q̄ mutus, & surdus a natura posset testari. secundum Cyn. Bal. Alex. & Roma. in d. l. discretis. C. qui test. facere possunt.

4 Fallit etiam in muto & surdo a natura qui constat intelligere & testari uelle ex signis & inditiis pro ut uoluerūt lo Faber. in §. quinimo inst. de milit. testa. & Saly. Corn. Alex. & Ias. in d. l. discretis, secus de eo qui nil prorsus intelligit. secundum Bar. in l. i. ff. de uerb. oblig. q̄ not.

### R E G U L A X C I I I I.

1 Mandatum factum per aliquod collegium, seu commune contra omnes personas, uel aduersus omnes homines. non se extendat contra commune, uel uniuersitatem, tunc indubitanter q̄ sic. secundum Bal. in l. sed si hac §. qui manumittitur. ff. de in ius uocand. & e. cum in multis de rescr. in 6. & uide Cor. not. in consi. 213. uiso tenore. nu. c. uol. 4. Io. Monach. in c. generali de reg. iur. Ratio quia mandatum contra omnes homines potest adaptari in uniuerso & in particulari. ut singuli, homines. Ita tex. in l. tantum §. uniuersitatis. ff. de rerum diuis. & Bal. in c. i. §. conuenticulas. n. g. de pace iur. firman. tenet q̄ appellatione personæ non continetur uniuersitas. Rom. consi. 195. nu. 3. etiã tenet q̄ appellatione personæ. continetur uniuersitas largo sumpto uocabulo, & impropria, q̄ not.

2 Fallit quando mandatum non esset factum seu celebratum legitimo modo ac solemniter congregatis syndicis d. communis ac duæ partes d. uniuersitatis secundum tex. in l. actuarios. C. de nume. & actu. l. 12. & l. 2. C. de decur. l. 10. ibi solemniter in curia conuocatis. aliter non se extenderet contra uniuersitatem & hoc ratione illegitimi mandati non solemniter ordinati ex causis prædictis. secundum Corn. consi. 177. e. uol. 2.

H A M M O R B E G V